

Sermo

Nam ceteris angelis sunt lumine sapientie clariores, et ideo dicuntur signacula divina. specula splendida et astra matutina, propter hoc dicitur Irido, quod cherubin sunt sublimiora agmina angelorum propter seraphim, et quod vicinius sapientie divine suppositi ampliori divine scientie dono repleti sunt, propter quod dicitur Ezechiel, x. Elevata est gloria domini super cherubin et acrius repletus est splendore glorie domini, et quoniam in eis est manifestatio divine claritatis et ideo perebat et dicebat dicitur psalmus, Quis sedes super cherubin malco, eff. q. d. Sicut illis manifestus est splendor divinitatis ita fias nobis manifestus in susceptioe humanitatis De isto ordine fuit lucifer ille, qui cecidit sic exponit Gregorius super illo verbo, Tu cherub extensus, etc. et tamen non erat de illo, sed de ordine seraphim, sed habebat habitum illi ordini convenientem etc.

Tercio perpetua reprehensio sine fructu, et hoc quantum ad ordinem tronoꝝ a tronis dicitur, eo quod in eis deus sedeat iudicia sua discernat et cuncta subiecta disponat, de quibus Daniel, vij. Aspiciebam donec troni positi sunt et ante quos dicitur sedet. Et quoniam deus in eis sedet ideo a beato Dionysio sedes vocant altissime pacate et deifere, altissime sedes dicuntur, quia alte per divinam auctoritatem qua in iudicio ordinantur, altiores per divinam profimitatem qua iusticie regulam imitant, altissime per divinam sublimitatem qua deum immediate ordinantur, pacate dicuntur quia ex quietate operis descendit qualitas retributiois scilicet ex culpa pena, ex iusticia gloria, deifere vero dicuntur, quia deum presentem suscipiunt et deificam potestatem per diversa iudicia indicant et ostendunt, merito isti tres ordines sunt in prima hierarchia, quia pro omnibus ardent incendio divine dilectionis, quo ad primos, pro omnibus fulgent radio serene cognitionis quo ad secundos, pro omnibus eminent privilegio perpetue intuitiois quo ad tercios, et ideo dicuntur assistere non misstrare quia nunquam secundum Dionysium ad exteriora

mittuntur.

Secunda hierarchia est resistentiū potestati contrarie, et tibi deputati sunt in regimen reipublice quasi divini exercitus bellatores, qui designari possunt in angelis qui apparuerunt iacob Sicut, xxxij. Quos dum vidisset dixit, Castra dei sunt hec, quia ad modum castrorum nos mununt qui sumus faciles ad seducendum, fragiles ad resistendum, debiles ad opandum siue agendum, et ideo occurrunt nobis tanquam potentissimi adiutores, ut eorum auxilio muniti discamus hostium potentias non timere, ad quorum virtuositate insinuanda necessaria sunt vel virtus operativa, vel virtus executiva vel virtus expeditiva Primo quo ad virtutem operativam sunt divisiones quorum est aliis imperare, et in spirituali bello nos instruere sicut dicit Gregorius, Unde sunt quasi duces exercitus quorum prudentia gubernamur Et tales signari possunt in angelo de quo zacharia, ij. Angelus qui loquatur in me egrediebatur, et alius angelus venit in occursum eius et dixit, curte et loquere ad puerum istum dicens, absque muro habitabitur hierusalem etc. Recte igitur spiritualis certaminis possumus esse victores quoniam tanta excellentissimo spirituum tutela muniti sumus, quod tunc contingit cum regnum anime sine imperio rationis dirigimur, et carnis voluptatibus reluctamur, Nam quid poterit barbaros superasse, si a sola voluptate vincamur, ad hoc dicitur Proverbia, xvj. Melior est pateriens viro forti et qui dicitur animo suo expugnatore urbium, unde Claudianus Tunc omnia iure tenebis cum poteris rex esse tui.

Secundo quo ad virtutem executivam sunt potestates, quibus nihil est impossibile exequi quod impatur, propter quod dicitur Dionysius, quod sancte potestates equales tunc cum divisionibus habent potestatem Et ideo habent potestates aereas coercere, vel arcere et ipsas a nocentibus prorsus cohibere, unde Gregorius, Potestates in suo ordine potentiam susceperunt, ut eorum dispositioni adverse potestates subiciantur. Quid